HOMILIARIUM
Admont (?), 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tuū ut faceret uiuum. Et quid amplius dicam quando
quidem ds unigenitus humanam naturā tantū dilexit ut
eam non solū a potestate mali angli liberaret uerum in
se ipso sup omnes bonos angelos in patris dextera collocaret.
Natura enim que in primo homine a malo angelo captiuata
fuerat. ipsa nunc in secdo homine sup omnes bonos angelos
regnat. Natura que in primo homine mundū peccato pol
luit. ipsa in secdo homine mundū a peccatis mundauit.
Primus homo de terra terrenus. secds homo de celo celestis.
Primū hominē mulier corrupta mente decepit. secdm
hominē uirgo incorrupta uirginitate concepit. In pri
mi hominis coniuge nequitia diaboli seductā depra
uauit mentem. in secdi hominis matre grā dī et mentē
integrā seruauit et carnē. Mentē contulit firmissimā
fidem. carni abstulit omnē libidinē. Quoniam ergo mi
serabiliter ꝑ peccato dampnatus est homo ideo sine
peccato mirabiliter natus ē ds et homo. Attendite fr̄s
medicinalis grē lineas diuina nobis benignitate mon
stratas. Tunc ad euā angls malus accessit ut ꝑ eam
homo quem ds fecerat a dō separetur. nunc autē ad ma
riam bonus angls uenit ut in ea humane nature
ds unigenitus uniretur. Uenit ad euā diabolus ut ui
tam aufferret malignus. nob uenit ad mariā gabri
el ut uitā reddendā hominib nuntiaret. Ꝑ primi ho
minis culpā cepit diabolus homini dominari ꝑ secdi